

Et quia cito fuit absolutus, tunc diætæ ciconiæ redierunt, et nidum supra domum ipsius reportaverunt. *lb. s. 69. lit. M.*

#### *Injustitia calitis puniæ.*

Bertoldus Palentinus de Guildispach iudex erat severissimus, ita ut furibus pro damno unius oboli vitam auferret. Unde quoties domum suam exivit, laqueos cingulo suo appendit, ne reorum poena caperet dilationes. Die igitur quadam mane surgens, et laqueum cingulo suo solito more appendens, vocem in aere audivit: « Bertolde, qui tibi primus in egressu tuo de castro occurrerit, hoc laqueo ipsum suspendas. » Qui vocem pro homine accipiens cum procederet, ei quidam scutellus suus primo occurrit. Quo viso cum satis doleret, eo quod eum diligeret, dicebat illi: « Doleo de occurru tuo. » Quare ait? Quia suspendaris. Quare suspendar? Respondente Palentino: « Nescio, sed prepara te per confessionem, et ordina de rebus tuis, quia voci divinæ resistere non valeo. » Ille videns aliter non esse, dixit: « Justus est Dominus et plures in domum meam declinantes insequens occidi: multis multa rapui: nec tibi domine unquam fidelis existi, neque pauperibus peperi. » Et mirati sunt omnes audientes ejus confessionem, et cognoverunt in ejus morte peccati poenam a Deo esse.

Injustus Herodes Antipas, vel potius impius, qui privignæ gratificatus Joannem Zachariæ filium, quo post Christum nemo fuit sanctior interfecit, cum incesta conjugæ extremo fuit afflictus supplicio, et per exquisitissimas uterque penas discruciat. *Ex. 39.*

#### *Judices non facile mutandi.*

A Tiberio Cæsare quesitum fuit, quare præpositos populi non frequenter mutaret, sicut et alii Principes? Respondit, in hoc se parere plebeculæ. Scientes enim iudices et procuratores, se brevem habere procuratoriam, emungunt usque ad sanguinem. Et qui recentes veniunt, totum dissipant, quod inveniunt. Quod ostendit ejusdam vulnerati exemplo, qui cum jaceret in via, nec amoveret multitudinem muscarum, superveniens alter, astimans, quia hoc faceret ex imbecillitate, abegit muscas, que operiebant vulnus. Ad quem ille: « Male fecisti mihi, quia

muscæ, quas abegisti mihi, jam plene erant. Unde et parcius molestabant me; que autem superveniens recentes, acrius pungent. » *lb. ex. 44.*

#### *Cibi quomodo condiendi.*

Quodam tempore milites quidam honesti, ac nominati, aliique plures tam Clerici quam laici viri divites in eremo sunt conversi, atque in ordine confortati. Quidam igitur ex secularibus prædicatorum militum notus, et amicus, victum eorum quotidianum, quo in communi conventu reficiebantur, considerans, ait beate memoriae domino Gisilberto eorum Abbati: « Non sufficio admirari, quod tales viri in seculo tam delicati oleribus inconditis, ipsa et lente possunt uti. » Cui ille respondit: « Ego tria grana piperis appono, quibus eadem grana pulmentaria condiuntur, ut pene nihil in suis scutellis comedentes relinquunt. » Mirante illo, et non intelligente, que audierat, Abbas subjunxit dicens: « Primum granum piperis sunt longæ vigiliæ matutinarum; secundum labor manuum; tertium vero desperatio lautioris feruli. Et ista sunt tria grana, quibus appositis, optimi saporis fiunt pulmentaria nostra. Et pulo vehementer, quod Monachus peccet magis, ipsam suam lenticulam propter torsiones, vel humores melancholicos vitando, quam nimis ex illis sumendo. Si enim apposita comedere noluerit, necesse est, ut lautiora, vel appetat, vel requirat. Si enim data fuerint ex consuetudine, pusillanimes scandalizant; si vero negata, ante tempus deficit. Monachus vacuo ventre non potest bene jejunare, vigilare, aut laborare. » Hinc est, quod beatus in quodam sermone tales satis acriter reprehendit dicens: « Cibaria nostra sunt multum confortantia; et ideo oportet nos eis sumere ad saturitatem. *lb. lit. G. ex. 26.*

#### *Penitentia mirabilis.*

Quidam in Teutonia multis rapinis, et caedibus provinciam deprædavit, qui captus, et ad decollandum expositus, petivit a iudice, et obtinuit tempus prolixius penitendi; et mox astanti juveni consobrinio ait: « Si vere amicus es, cooperor esto mihi misero in salutem; affer, obsecro, instrumentum fer-

reum, quod dextris dicitur, cum quo parant feminae linum suum. » Quod ut factum est, dixit juveni: « Recide mihi manus, ulnas, et brachia usque ad humeros. Pedes vero et tibias et crura usque ad nates; postea genitalia, aures, oculos, nasum, et caput ad ultimum amputabis. » Juvene ergo sic ut eum dolore rogatus fuerat, exequente, penitens ipse unumquodque membrum, antequam truncaretur, instrumenti ferrei dentibus, per inflexiones multiplices et validas diutius affligebat, dicens: « Hanc poenam hic pro parte, vilissima membra percipite, quibus actu nefario scelera perpetravi, et Deum creatorem meum offendi. » Extremo igitur post omnem poenam trunco corporis cum capite suo superstite, hilari vultu dixit: « O ultimam tormentum illud, quod respectu scelorum meorum parvam sustinui, reiterare semel, iterum atque iterum valerem, si liceret miserino, et in eo diutius cruciari! » Et hæc dicens cum lacrymis oravit populum circumstantem se, quatenus sibi miserino in elemosynis pauperum, et orationibus subvenirent. His dictis, extendit caput, et mox a juvene decollatur. *lb. lit. ex. 81.*

#### *Pulchritudo miraculose adempta, et restituta.*

In partibus Sueviæ, quas Alemania continet, sic a fratre Ordinis Prædicatorum, et Waltero audivi. Mulier quædam devotissima erat nobilis, et pulchra, etiam secundum carnem inter omnes feminas panthera reputata. Ad hæc autem videndam cum multi proceres, nobiles, et potentes convenirent, et illa præ visitatione hujusmodi gravius turbaretur, ne scilicet curiose videntibus occasio scandali præberetur, oratorium suum sola semel intrans, fuis ad Deum lacrymis dixit: « Video Christe Jesu, ex carne mea, qua induisti me, periculum mihi imminere; licet enim fortiter animum meum fixeris, ut nullius prorsus vanitate commovear, tamen non modicum pertimesco, dare me posse causam debilibus, ut in tentatione concupiscentiæ aliquatenus agitentur. Rogo ergo te, misericordissime Pater et Domine, ut sit carnis deformitas in horrore potior, quam pulchritudo fuerat in honore. » Hoc dicto lepra statim immundissima contabuit vultus ejus, eruperunt pustule, et oculi tumuerunt, os et labia computruerunt, nasus quoque gibbosus, et cum omni deformitate contortus aliam

penitus faciem demonstravit. Nec mora, egrediente illa, occurrit maritus, vixque eam per habitum cognoscens, querit, si ipsa sit? At illa dixit: « Ego sum. » Mox ille totus inhorruit: et ut vidit familia, omnes simul clamabant in planetum, mirantes precipue, quod tam subito suæ dominæ contigisset. Turbatus ergo parentibus illius, notis omnibus, et amicis consultur physicis. Respondit, incurabilem lepram, nihil aliud esse consilii, nisi quod extra habitationem hominum collocetur: quod et factum est. Et audivit Frater Ordinis Prædicatorum, qui ejus confessionem audire consuevit, venit ad illam, et mire gaudentem inveniens, querit causam inopinati et subiti morbi. Cui illa omnia per ordinem enarravit. Frater iste turbatus, et miratus non modicum, eam increpavit dicens: « O misera, et stultissima mulier, que in contumeliam viri tui, et periculum ipsius, opus Dei in te imprudente instantia destruxisti, et parentes tuos, et amicos, qui Deum laudaverunt, et venerati sunt, in te ad blasphemandum nunc per tale infortunium coegisti. Age nunc, charissima, penitentiam, assiste precibus, et ad contrarium rei gestæ divinam misericordiam interpelles. » Hoc dicto recessit Frater. Illa autem totaliter resoluta in lacrymas, oravit ad Dominum dicens: « Domine Pater, et Dominator vite meæ, ut liberiore mente, ut puriori spiritu tibi servirem, hoc flagellum lepræ a tua pietate fideliter precibus expectavi. Sed, quia audio a Patre meo spirituali, (cui me tota devotione commisi) contra salutem meam, et te olim Dominum petiisse; rogo te per tuam benignissimam charitatem, ut in me tuum plasma restituas, secundum quod tuæ placuerit optima; voluntati. » Mirum! vix verba complevit, et in tanta claritate cutis, et elegantia formæ subito fuit facies restituta, ut nec in ea unius rugæ vestigium, vel tenuissima saltem macula remaneret. Quo viso, gaudet miles, et uxorem reputat sibi quasi redditam relivivam, et exultat familia, letantur amici, et exultat patria, et Christi pietas in ore omnium collaudatur; et vix dictus miles anno dimidio supervixit. Tunc inclita mulier, non immemor bonitatis Christi, cum unica filia, quam habebat, et possessionibus universis ad Monasterium sororum Ordinis Prædicatorum transiit, quod de Lebalent vocatur, et in eo auctore Deo religiosissima conversabatur. *lb. lit. P. ex. 133.*

*Præbenda rite usurpanda.*

Videbatur cuidam Canonico quadam nocte, quod Deus sederet in iudicio, et ante eum totus mundus vocabatur, quilibet recepturus secundum merita sua. Vidit etiam, quod unusquisque adducebat aliquem Sanctorum, cui plus serviverat, ut esset apud Christum Advocatus suus. Iste cogitabat, quod rogaret etiam Sanctum illum, cuius Canonicus fuerat, cui et serviverat, cantando, legendo, ut secum iret ad iudicium ante Christum, et intercederet pro eo, monens eum de servitio suo. Ille Sanctus respondit: « Libenter ibo tecum. » Et assumpsit alium secum, quasi pro teste: devenerunt simul ad iudicium. Cumque venissent ante Christum, dixit Sanctus: « Domine conqueror tibi de isto vilissimo peccatore, qui viginti annis, et amplius comedit, et bibit præbendam in Ecclesia mea, et omne tempus suum expendit vivendo luxuriose, et turpiter; nec una die finivit horas suas, sicut debuit: unde peto iudicium fieri de ipso, huic rei est testis iste. » Respondit Christus: « Accipite eum ligatum manibus, pedibusque, projicite eum in infernum. » Ille Clericus evigilans quasi de gravi somno, putabat jam se esse in inferno, et dixit illi Sancto: « Domine, habete præbendam vestram, quia nunquam plus comedam de ea; » et conversus ex hoc religionem intravit, et salvavit animam suam. *lb. ex. 126.*

*Intentio pura singularis.*

In vitis Patrum legitur, quod erant duo fratres, juvenis et antiquus; juvenis erat servus Dei; et Diabolus invidens ei, venit ad antiquum fratrem dicens: « Ego sum Angelus Dei, et habeo tibi aliqua referre ex jussu Dei, de quibus maxime doleo. Scias, quod frater tuus junior est filius damnationis æternæ, et servitium suum, quod exhibet Deo, sibi non prodest ad vitam æternam. » Et hoc dicto recessit; et antiquus post hoc, quandocumque vidit juvenem, semper ingemiscebat. Quo considerante tandem dixit: « Frater mi, quare tristitiam habes ex aspectu meo? » Respondit, et dixit ei, quod sibi relatum fuit ab Angelo malo. Qui respondit: « Noli tristari: si enim debeo damnari,

damnabor: si salvari, salvabor: sicut Deo placuerit, ita fiat. Non enim, servio Deo propter Regnum cælorum, sed propter suam charitatem, et bonitatem, quam habet ad me: et propter suam passionem, quam sustinuit propter me: si vult mihi dare regnum cælorum, potest; si infernum, iterum potest; » et sequenti nocte venit Angelus Dei, et manifestavit seni, quod alter Angelus fuisset diabolus: et dixit sibi, quia ille juvenis ex illa constantia magis meruisset, quam prius omnibus diebus vite sue unquam meruisset. *lb. §. 53.*

*Superstitiones periculose.*

Egrotavit quædam mulier usque ad mortem, et dixit ei filia sua: « Mater, mitte pro Sacerdote, ut confitearis peccata tua. » Cui Mater: « Ad quid? Si modo sum infirma, cras vel post cras ero sana. » Filia vero videns, eam deteriorari, adduxit plures vicinos, ut eam similiter admonerent, quibus illa: « Quæ dicitis, vel quid timetis? Ego non moriar ante duodecim annos; sic enim audivi cuculum, qui dixit mihi. » Tandem in illo periculo obmutuit. Et tunc misit filia sua pro Sacerdote, qui venit, et attulit, quod debuit. Et ad eam veniens quærit, si aliquid velit confiteri. Illa solum dicebat: « Kuckuc. » Iterum Sacerdos, offerens ei corpus Domini, quærit iterum, si credat, esse Salvatorem. Et illa revertente Sacerdote sic obiit. *lb. lit. §. ex. 10.*

*Verbum Dei semper fructuosum.*

Quidam Frater dixit ad senem: « Ecce Abbas, frequenter interrogo seniores Patres, ut dicant mihi admonitionem pro salute animæ meæ, et, quicquid mihi dixerint, nihil retineo. » Erant autem seni duo vasa vacua, et dixit ei senex: « Vade et affer unum ex illis vasis, et mitte aquam, et lava id, et effunde, et pone illud malidum in locum suum. » Fecitque frater ita semel et bis. Et dixit ei senex: « Utraque vasa simul affer huc. » Et cum attulisset, dixit senex: « Quale ex utrisque est madidius? » Respondit Frater: « Ubi a quam misi, et lavi. » Tunc dixit ei senex: « Sic est de anima, fili; qui frequenter audit verba Dei,

quamvis nihil retineat ex his, quæ interrogat, tamen plus mundatur, quam ille, qui nunquam requirit. » *lb. lit. V. ex. 5.*

*Unctio extrema non negligenda.*

Miles quidam dives, et strenuus, in sæcularibus exercitiis, et torneamentis, et hastiludiis exercitissimus, Religiosos, et Clericos in magna reverentia, et honore habebat, et eisdem in domo sua liberaliter ministrabat. Hic, cum in vehementem languorem incidisset, et post fidelem confessionem, et Domini Corporis perceptionem, a Religiosis et Clericis, qui ibi aderant, requisitus fuisset, si Oleum sanctum desideraret, respondit: « Ita desidero, et ex toto corde requiro. » Quod uxor ejus audiens, et nimis carnaliter eum diligens, fieri non permisit, donec intellectum perdidit, et agonizare cepit. Cumque fuisset, et per sex horas jacuisset immobilis, ut putaretur esse mortuus, tandem resumpto spiritu vocavit uxorem dicens: « Heu! heu! uxor mea dilecta, quid fecisti: quare decepisti me, et tu decepta es? Si, cum intellectum habui, inunctus fuisset, procul dubio tricesima die a tormentis purgatorii exivissem, modo per septennium in pœnis manebo: et utique triginta annis ibi fuisset, nisi Religiosorum et Clericorum, quos semper dilexi, devote intercessisset oratio. Tu vero, quæ hujus negligentia causa efficiens exististi, impunita non transibis, sed usque in finem vite tuæ paralytica jacebis. » His dictis miles in bona confessione discessit. Et uxor ejus incurabili paralyti percussa, post viginti quinque annos plena patientia migravit ad Dominum. *lb. ex. 30.*

*Voluntas pro facto reputata.*

Quidam dominus castri habuit Sacerdotem sibi celebrantem solemnia Missarum, et ipsum vocari fecit, ut se prepararet ad Missam. Sacerdote autem veniente, vidit ipsum dominus castri cum quinque Demonibus obsessum, et nullus alius videre potuit, nec ipse Sacerdos scivit, et Angelum suum a longe stantem: et cum appropinquaret Ecclesie, reliquerunt eum tres Demones. Cui autem se omnino ad Missam confessione facta

preparasset, dimiserunt eum alii duo, et omnes quinque stabant quasi lupi rapaces, insidiando, donec finem sui officio dedisset. Et Angelus Domini saltabat super humerum ejus. Sacerdote stante in canone, Dominus castri extracto gladio amputavit Sacerdoti caput suum. Interfectione facta, dominus cepit contristari, et a Domino Papa poenitentiam requirere, qui dixit: « Vade, et fac, quod fatuus tuus jubet te facere. » Dominus vero letus ad propria pervenit, et fatuum suum bene fecit tractare. Quodam vero die vocavit fatuum suum, et dicit illi: « Quid faciam, quod interfece Sacerdotem? » Qui respondit: « Si ipsum interfecisti; permitte, et te interfece. » Cum vero sæpius hoc attentasset, et fatuus semper eadem verba responderet, cogitante domino, quod aliquid significaret, rogavit servum, ut, quando veniam fecisset, caput suum sibi amputaret. Facta autem venia, et extracto gladio ad amputandum sibi caput, venit Sacerdos mortuus coram altari, et dixit sibi: « Surge, Dominus voluntatem habet pro facto; resigno autem tibi, quod mihi fecisti, quia in gloria Dei Patris sum. » Surrexit dominus, et habitum assumpsit religiosum, et ex castro fecit fieri claustrum, in quo Domino nostro Jesu Christo servivit usque in finem vite suæ. *lb. ex. 33.*

*Pœnitentia dilata nociva.*

Obiit ante annos non multos Canonice quidam, homo ventri, et avaritiæ sordibus deditus, qui sibi adhuc vivens, cenotaphium ex ære fuso erigi fecerat, in quo ipse coram Crucifixi imagine flectens, hæc verba pronuntiabat: *Miserere mei Deus*. Moritur Canonice, tumulatur, et cenotaphium pridem parato honoratur. Res mira, cum die postera nonnulli inscriptionem sepulchralem lecturi accederent, nihil ex versu illo Davidico: *Miserere mei Deus*, residuum invenere, præterquam primas quinque litteras; *Miser*; partem reliquam expunxerat, et obliteravit manus incognita, ut constaret, Canonice illum sine misericordia esse miserum; qui Psalmum *miserere* non nisi post mortem orare distulisset. *HARTUNG. Dom. Sczag. Conc. rust. §. 3.*

*Vulnera Christi salutaria.*

Narrant Annales Eremitarum S. Augustini, B. Joannem de Incontris, juvenem tenerrimum, cum rigorem Ordinis in tyrocinio ferre non posset, reditum ad seculum cogitasse. Cui aspectabilis Jesus latus suum detexerit, et dixit: « Fili, ubi tibi cibus aridior, lectus durior, molestiores fuerint vigiliæ, ingrediere vulnus hoc, et intinge illa in sanguine lateris mei, et illico dulcescent omnia. » Paruit juvenis, et paradysum habuit in terris. *Ib. Dom. 2. Quadr. §. 5.*

*Tentatio diabolica morituri Sacerdotis.*

Compluti ad ægrum Sacerdotem accersitus Dominicus Russola, magna sanctitatis opinione celebratus, illum lectum reperit; nempe Dæmon effigie Crucifici personatus sese videndum prius ægro dederat, quam Russola adveniret. Sed ne Dominicus ægrum ab errore adduceret, ac pro more expiaret, adfuit illico ad latus lectuli alter infernalis genius Dominici paulo ante acciti, et jam præsentis imaginem scite mentitus. Quid dicebat, quid iste valerrimus Dæmon dolose meam effigiem simulavit, et citius adfuit? « Ego sum Domine, Russola, quem tu vocasti; cave, mi infirme, tartarei geni artes. Non est is ille, quem optas. Paulo ante tibi Christus crucifixus apparuit, jam ego advenio; neque iste, qui prior adfuit, sed ego sum verus Dominicus, ille Diabolus est, et cavendus. » Contra vero verus Dominicus, illum esse Dæmonem, aiebat, sed ipsissimum Dominicum, ad excipiendam confessionem advocatum. Contra iterum obitante Dæmonem, accepit æger inter duos Dominicos, eum, qui prior venerat, verumque Dominicum jubet facessere, seque ad Dæmonem Dominici vultu lectum convertit. Dominicus verus priusquam discederet, manum Sacerdotis ægri exosculatus, « Ego, inquit, quem tu Diabolus esse credis, sum indignissimus servulus Beatiss. Deiparæ Virginis Mariæ, cujus tu Filium Deum hominem Jesum toties his digitis tenuisti, quos idcirco, Reverentissime, exosculor, et me indignum agnosco quod id faciam. Doleo enim, quod Deum optimum ingratus toties offenderim, veniam tamen a piissima ejusdem misericordia per

Jesu vulnera, et Mariæ ubera, spero, et peto. » Quæ ubi dixisset, conversus ad ægrum, suadet illi, ut hæc demissis, dolentis, ac sperantis animi signa; ac verba edere jubet fictum illum Dominicum, quo pateat, quis Dominicus, quis Diabolus sit: advertit æger vim argumenti, et ficto illi Dominico mandat, ut ea signa edat, probetque quis sit; sed indignatus superbus Dæmon negat se veniam a Deo vel petere, vel sperare; Deum, non se esse reum, adeoque Deum habere culpam deprecari, non se; dixit; et videri simul desiit, ac audiit. Æger fraude agnita confessus, et Sacramentis omnibus rite munus, pie obiit. *HARTUNG. Domin. 1. Quadrag. Conc. rust. §. 5.*

*Jejunii Quadragesimalis veneratio.*

Nicephorus narrat, tantam famem invaluisse, ut nec pisciculus, aut nullus cibus quadragesimalis Constantinopoli haberetur. Mandat perinde Justinianus Imperator macella aperiri, carnesque venum exponi. At in tanto populo nec unicus fuit, qui vellet emere, quin omnes simul adiere Imperatorem, et exclamarunt: « Mori maluius, quam ut de patris moribus et traditionibus aliquid mutetur. » *NICEN. 17. Eccl. hist. c. XXXII.*

Justinianus Imperator, omnibus illis diebus, qui Paschalem solemnitatem præcedunt, jejunio addictus duram vitam egit, nedum regali alienam, sed neque privato alicui aliquo modo acceptabilem. Per dies abstinebat, summo mane itidem e lecto consurgens et reip. evigilavit, cujus negotia verbo et opere tractans, matutinum, meridianum, et non minus nocturnum tempus implevit; nam in seram noctem lectum appellens, vinum, panem et alia id genus cibaria abesse voluit, brassicum solum et agrestes herbas longo tempore sale et aceto maceras dabat, potus aqua erat sola, neque his ad saturitatem utebatur, sed petitum cibum pauperum degustatum mox demisit, non eo sumpsit, quod natura satis erat. *PROCOR. 1. 1. deefact. Just. Imp. ap. Baron. t. 1. Ann.*

*Admirandum obedientie conjugalis exemplum.*

Gualterus Marchio Pedemontii, habitans

Salutarum infra montem Vesulum, ita venationi et aucupio deditus erat, ut alia pene omnia negligeret, a conjugio etiam abhorreret; rogatus est a primoribus; ut similem sibi relinqueret post se. Respondit: « Non propter me, sed propter vos, ducam uxorem, etsi amore libertatis nunquam propenderim, sed permittam ego mihi uxorem querere, vestrum erit, quæcumque illa fuerit, agnoscere ut dominam. Post aliquot septimanas edicit nuptiarum diem, et curat regie preparari omnia. Tempus erat prandii, expectatio summa sponsæ; cum ecce Gualterus peregit foras ad rusticellum, in pago non procul ab Arce, cui nomen Janicolæ, et huic filia unica Grifeldis, quæ pascebat oves pauculas, formosa corpore, formosior animo. Viderat eam sepius, et complacuerat sibi Marchio in illius promptitudine. Accidit, ut eodem tempore haustam ex fonte remoto domum properanter aquam ferret Grifeldis, qui occurrens Marchio seiscitur: « Ubi pater tuus? » Illa respondet humiliter, domi esse; ad illum itaque descendit, et abductum rogat: « Visne me, quem habes dominum, etiam habere generum? » Stupuit senex, et recolecta voce: « Ego nihil volo, quam dominum meus. » Vocatur Grifeldis, cui Gualterus: « Pater tuus vult, et ego, ut sis uxor mea, sed cum hac sola conditione, ut liceat mihi tecum agere, prout libet nec repugnes verbo, nutu. » Illa: « Nec cogitatione quidem. Imo si me mori jusseris, non feram moleste. » Marchio ostendit sponsam populo, datoque pronubo annulo, jubet vestiri paratis vestibus, et in equo niveo induci in palatium. Dedit autem Grifeldi Deus gratiam, ut placeret omnibus. Anno nondum elapso parit puellam, qua ablaetata, vocat solam Grifeldem Gualterus, et ait: « Scis, unde veneris, quid promiseris; tu mihi quidem places, sed non meis cognatis, qui tali puellæ subesse nolunt, et quia ego pacem amo, cedo infantem. » Illa nec vultu, nec verbo mola: « Tu es noster dominus, tuæ sumus et ego, et hæc innocens puellula, fac de tuis, ut libet, nil displicebit mihi, quod placeat tibi. Nil cupio post Deum possidere, vel amittere, præter te. » Gualterus interea vocat famulum de fidelioribus unum, et jubet accipere infantulam, quam mater supponens ad necem rapi, nec tamen lacrymam effudit, nec suspirium emisit, sed tranquilla fronte puellam accepit, aspexit, osculata est, et signum crucis impressit, deditque satelliti.

Tonus V.

At Gualterus in cunis misit Bononiam ad sororem suam, quæ erat nupta Comiti Panicio, additis literis, ut aleret illam tamquam mater, et nulli diceret, cujus esset filia. Gualterus autem nihil unquam in vultu conjugis notavit, nihil querelam audivit, et obstupuit. Post annos quatuor peperit iterum Grifeldis filium elegantissimum, quem post annos duos simili modo auferri fecit: « Nolunt, aiebat, subditi habere talem dominum, qui sit bubulæ filius, ni tollam puerum, periclitamur ambo fortunarum, et capitis. » Sed illa similiter, ut ante quadriennium, respondit. Interea fama increbuit, utramque prolem sublatam, etiam Marchionem moliri divortium, qua usus occasione fingit, se Romam misisse, convocat suos Palatinos, evocat Grifeldem, cui hæc: « Amo te quidem amicitus, sed cogit me mei, consentique Papa, ut ducam alteram fortunæ parem, jamque in via est. Cede ergo alteri animo forti, et redi domum tuam, tuamque dotem tecum accipe; nihil enim sub sole constant, et nihil novum. » Quid illa? vultu pacato: « Scivi, nullam esse proportionem inter vestram celsitudinem, meamque humilitatem; agnovi me ancillam indignam, et Deo teste, sic me gessi dominam, ut semper in animo ancilla manserim. Gratias Deo et tibi pro honore; de reliquo parata sum redire domum, et ubi egi infantiam, agere senectam, felix semper vidua, quod talis viri fuerim uxor. Cedo libenter novæ, quæ sit tibi utinam felix. De dote auferenda intelligo, quo tendas; nihil mecum attuli; ergo nihil referre debet; etiam hoc: » deponit mox annulos, vestes superiores, et rogat, saltem corpori, quod tulit binos liberos, camisiam indulgeat. Hic temperare sibi non potuit a lacrymis Gualterus, vultu tamen averso dissimulans: « Serva, ait, interioriorem regem. » Dixit, abiit, et ipse. Ipsa quidem nudipes, commiserantibus cunctis, caulam paternam repetiit, quo ut venit, commotus ex primo strepitu concurrentium bonus senex: « Hoc ego semper putavi, post primos amores sic fiet. » Occurrensque in primo limine, antiqua veste cooperuit seminudam. Mansit cum patre diebus paucis, semper sibi similis, nunquam queri audita. Interea spargebatur de adventu Comitis Panicii cum nova sponsa; pridie adventus Gualterus mittit ad Grifeldem, promptaque occurrenti demandat curam domus, utque apparet necessaria. Illa libenter arceptis scopis purgat aulam, instruit mensam, lectos

4

slernit, et viliora exequitur. Die sequenti hora tertia adest Comes, Sponsa, Cognatus, alique nobiles. Tota aula in obsequiis est, in illis etiam Grifeldis in obsoleta veste, instar ancilla, flexo genu, vultu demisso dominam suam salutatur. Gualterus in ipso prandii apparatu Grifeldem ultro citroque currentem interpellat: « Quid tibi videtur de hæc sponsa? Estne satis pulchra? » Illa: « Nulla pulchrior, sed cum sit tenera, spero, non erit eo loco, quo prior. » Non potuit ultra se continere Gualterus, sed miratus, et miseratus sortem Grifeldis: « O mea! æternum mea! satis ardue tentata es. Nulla tibi similis fuit, erit nulla. » Involat ergo in collum, et ait: « Tu sola mea es, in eris. Ii sunt liberi tui, filia et filius; putabas divisos, perditos, ecce sunt simul; quam sponsam putabas, est filia tua; cognatum sponsæ rebaris, tuus est filius. » Illa præ gaudio tantum non exanimis, ruit in oscula liberorum. Mox a matronis induitur vestibus prioribus. Fit plausus major, quam die nuptiarum. Janicola in arcem accersitur, et honoratur. Vixere deinceps annos multos in pace, et concordia. PRÆSENT. fol. 607. de obediæ et fide uxoria.

#### Elemosyna pretium.

S. Macarius sciens virginem divitem, sed parum in egenos liberalem, accessit eam, et (nam prius gemmarius erat) dixit, se lapides pretiosos habere, de quorum singulis quingentos solidos lucrari posset, modo jam totidem solidos pro omnibus offerret. Obtulit illa, et post aliquod tempus lapides requirens ducta est a S. Macario in leprodechium virorem, et feminarum, auditque hos demum lapides pretiosos esse. Agnovit ergo pium astum, et primo quidem tristata est de pecunie jactura, post tamen gratias egit. *Spec. Ex. dist. n. ex. 169.*

Fuit in Centumcellensi urbe Theophanius Comes, vir misericordiæ actibus deditus bonis. Quotidie ad mensam suam peregrinos cum susciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios adventit, ad mensam ductus est; dumque Pater familias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in ejus manibus fundere, conversus urceum accepit, sed repente eum in cujus manibus aquam fundere voluerat, non invenit. Cumque hoc factum secum miraretur, eadem nocte ei Dominus per visionem dixit: « Cæteris diebus me in

membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. » *Ex Div. Gw. M. hom. 5. l. in Evan.*

#### Hospitalitatis fructus.

Hospitalitatem exhibens quidam Civis Romanus, cum ad pauperiem prope redactus esset, in somno jussus est tertium a voce quadam mutare vineam suam cum vinea divitis ejusdem, ibique in medio ejus terram effodere; quod ubi fecit, invenit vas, aqua (qua instrumenta, que attigit, mox aurea effecti) plenum, aliud plenum balsamo, quo inunctus visum jam prope perditum recepit; et tres lapillos pretiosos, pro quibus ingentes divitias comparavit. *lb. dist. 4. ex. 47.*

#### Pacis violatæ damnum.

Cum gentes quedam, factam cum Romanis pace, juramentum frangentes, omnes inventos Romanos interfecissent; mox tam gravis Dei vindicta super eos incubuit, ut panis ab iis fractus sanguinem emitteret, et animalia ab iis ad sylvam miserabili clamore aufugerent, et canes latrantes vindictam ad morem luporum voracium expeterent; et ipsi denique victi per Romanum Imperatorem omnes essent, exceptis quatuor millibus, qui ad montes fugerunt, sed ibi congelati, ad modum lapidis immobiles facti sunt. *lb. dist. 9. ex. 168.*

#### Visitatio SS. Reliquiarum præmiata.

Quidam Rex Danorum cum SS. tres Reges Colonia devote visitaret, et sex millia marcharum auri pauperibus in eorum honorem erogasset, quadam nocte tres Reges in somno vidit, quorum primus ei dixit: « Frater mi, feliciter venisti, sed felicius remeabis. » Tum ei pyxidem auro plenam offerens: « Accipe, inquit, thesaurum sapientiæ, per quam subjectum populum juste judicabis, quia honor Regis judicium diligit. » Secundus dixit: « Frater, multa tribuisti, sed tecum plura reportabis, » offerensque ei pyxidem myrrha plenam: « Accipe, ait, myrrham penitentia, per quam carnis motus illicitos refrænas, quia optime regnat, qui super seipsum regnat; non enim bene regere alios

potest, qui seipsum non coeret. » Tertius dixit: « Frater mi, fidem ostendisti, sed expletis viginti tribus annis jugiter in caelis nobiscum regnabis; » et offerens pyxidem thure plenam: « Accipe, ait, thus devotionis devotæ clementia, per quam miseris relevabis; quia sicut ros herbam irrigas, ut crescat, ita dulcis clementia Reges usque ad sidera provehit, et exaltat. » Excitatus hoc viso Rex vidit tres pyxides juxta se collocatas, easque accipiens, omnia, que ei promissa sunt, explevit. *Ibid. ex. 193.*

#### Fidelitas conjugalis explorata.

Quidam adulter adhærens duabus amasiis, cum profectus ad nundinas ex uxore quaereret, quid sibi afferri ex nundinis peteret, respondit illa: « Sensum, et sapientiam, ad retrahendum te ab adulterio. » Quaerens ergo adulter ex hospite, quomodo hæc acquirere posset, jussus est sanguine galli occisi faciem spargere, et sic ire ad domum amasiæ dicendo, se esse omnibus spoliatum bonis, et graviter vulneratum esse. Secutus ergo ille consilium, cum ab utraque amasia repulsus esset, ab uxore vero sola cum compassione susceptus, cognata earum infidelitate, hujus vero fidelitate huic soli deinceps adhesit. *Ibid. in append. ex. 2.*

#### Pæna talionis.

Cum Monachus quidam ambiens Abbatis dignitatem, puero illi ministranti venenum daret, dicens, si hos pulveres supra cibos spargeret, eum ut iratus esset, mox conciliandum: puer medietatem tantum imposuit, et sic Abbatem necavit. Succedente vero in locum amulo, et graviter aliquando puero irascente, puer eodem remedio uti volens, alteram ei medietatem apposuit, et sic ipse quoque sublatus est. *lb. ex. 19.*

#### Pænaia operi occasione accommodanda.

De Abbate Natherio narratur, quod, cum sederet in cella, medicorum severitatem in corpus exercuerit, maxima vero, postquam Episcopus, in Pharma factus est; cujus cau-

sam cum quaereret discipulus, respondit: « Fili, illic sollicitudo erat, et quies, et paupertas. Propterea volebam corpusculum meum gubernare, ne infirmarer, et quaerem, quod non deberem, nunc autem hæc sæculum est, et occasiones sunt excidendi plurimæ. Etsi infirmitatem incurrero, sunt hic, qui succurrunt, ne perdam propositum Monachi. » *Vit. PP. l. n.*

#### Fides Catholica ubi invenienda.

Hildesii adolescens Lutheranus audiens suos contribules Catholicum nomen sibi usurpare velle et solere, experiendæ rei gratia sedes aliquot Lutheranorum adit, ab iisdemque percontatur, ubinam Catholici habitent? Sed cum semper ad Orthodoxos remitteretur, Luthero renuntiavit, et Ecclesiæ reconciliatus. *Annua Sec. 1610. fol. 397.*

#### Cura agrorum compensata.

In Romana Provincia medicus Viterbiensis sollicitam agrorum in conventu curam habens, bis quotidie invisebat. Ex eo humanis exempto, successor ipsius raro agrus invisens, cum aliquando rus pergeret, defunctum medicum, ut vivus solebat, equo insidentem sibi obvium habebat; cumque ab initio territus, sed postea confirmatus quaereret, quo pergeret, respondit ille: « Ad Capuccinos mihi iter est; etenim cum iis ægrotantibus mea, dum viverem, officia bis in die sollicite præstarem, id modo purgatorii pænis detentus ex Dei clementia tui ut bis quotidie die ab iis liber ad Capuccinos abeam, tantumdem cum his solati capturus, quantum iis mea opera conferre consueveram. Tu quoque, si cupis, iis omni studio operam tuam impendes, ut tuis in futurum rebus consulas, » atque ita evanuit. *Annua Cappucc. n. 89.*

#### Indorum admiranda erga infirmos charitas.

Indorum erga aegros mira est cura, uti et erga peregrinos; nullum est oppidum, ubi præter xenodochium, quo summa humanitate peregrini omnes, tum maxime Sacerdotes, suscipiuntur, nosocomium aliquod

paratum non sit, ex ædificiis omnium nobilissimum, sepeque magnitudine superans oppidum. Nullos hæc valetudinaria reditus habent, et tamen melius, quam multa ex Hispaniæ optimis nosocomiis, administrantur; vide plura valde insignia l. c. inter quæ additur: Inda in valetudinario gravi afflicta morbo, omni humana ope destituta, amissa omni cupiditate cibi, vidit admirabili splendore virginem, quæ cibos præberet ægris duabus, comitatam duabus eximia venustate virginibus, quæ lances prandiumque suis manibus sustentabant; cumque ea propius accessisset, tum vehementer mirari pulchritudinem cœpit, et indignum iudicare, ut tali dignitate mulier loco tali versaretur. Verum admonita est a duabus virginibus, ne timeret, esse enim coeli Reginam, comites vero Catharinam, et Magdalenam; hæc cum mundissimam mappam expandissent, accessit cœli Regina, et cibum in os inseruit, quo illa mirabiliter recreata, ad sanitatem est repente perducta. Fama ergo vulgavit, B. V. in nosocomio sedem delegisse, maxime cum aliquoties se ibi ægris solatii, et auxilii causa spectandam dederit. Ibidem videtur est, eujusque hebdomadis secunda feria virorum, ac mulierum agmen scopis instructum per mediam urbem ad verendum valetudinarium, vasa purganda, ægrotis pia opera ministrandum incedere. *Annua Soc. ann. 1384. et 1493. fol. 198.*

*Cura infirmorum quam grata Deo, et Sanctis.*

Paulus Colovello, dum in templo a B. V. apparente mire recreatur, audiens vocantem ægrum cujus cura ipsi commissa erat, Virgine relicta, statim eo festinat, cui ubi debita officia persolvit, ad templum rediens, Deiparam adhuc expectantem reperit; cui Paulus: « Ne, quæso, mihi succenseas, quod te relicta ad infirmum accesserim; » Qui illa: « Ne te, fili, facti poeniteat, rem mihi tantopere gratam prestivisti, uti gratiore nunquam; charitatis enim, et obedientiæ opus, quo ægrotum fratrem prosectus es, in maximum meum, et Filii mei honorem redundat. » *Annua. capucc. 1583. n. 87.*

*Ruditus insolitus in funere Calviniani.*

In tractu Vivariensi homo Calvinii veneno

imbutus subsannare solebat ritus Catholicos, præsertim qui in exequiis vita factorum adhibentur; lugubre concinentibus inter prosequendum funus Sacerdotibus. Hunc cantum, spurcus ille Calvinii combibo, rudium asininum appellabat: et quoties in deductentes funus Sacerdotes incurreret, efformare nitebatur rudientis asini clamorem, effuso cum risu suorum, magna vero cum despectione Catholici agminis cadaver efferentis ad tumulum. Rependit Deus impio subsannatori justam mercedem. Siquidem haud ita multo post fato functus est: et cum ritu Calviniano efferretur absque cruce, cantu et lumine, turba dumtaxat reformata sandapilam consequente, affuit asinus magnitudine inusitata obstrepens, ingenti ruditu, nec ullo unquam pusilli gregis studio, sive jactatis in asinum lapidibus, sive sublato in eum multorum contentissimo clamore, effici potuit, ut adverteretur, et consecutione funeris, perpetuoque ruditu absisteret. Ad extremum, ubi profanum cadaver superjecta humo conditum est, et qui funeri operam dederant digredi cœperunt, asinus aliquot circum corpus circuitibus peractis, et longo contentoque ruditu veluti parentans derisorii exequiarum Catholicarum, subduxit sese, nec ulli deinceps mortalium visus, aliud fuisse reipsa aliud externa specie prætulisse, insinuavit. *THEOPH. RAYD. in prat. spir. §. 3.*

*Matris periculum ultro adeuntis horrendus casus.*

Viduae nobilis ætate adhuc florentis, et nondum quadragenariæ filius, annos duo de viginti natus, pudori pedesque, quæ in matris domestico obsequio erat, perelegantis specie, insidiabatur, nec ullum prætermittentem ad flectendam puellam genus lenocinii. Monuit puella heram de filii petulantia, exponens, quantis ille dolis, ac verborum, et numerum illecebris ab aliquo jam tempore pudicitie suæ infestus esset. Hera condicere jubet filio optatos amplexus in proximam noctem, simulque puellæ mandat, ut clam omnibus de hirsutis vepribus, et paluris flagellum concinnet, quo subeuntem puellæ thorum exciperet. Is instructa armis mater in ancillæ lecto componit sese. Nec mora, filius ad lectum ex conducto per tenebras furtim irrepit, pedesque (ut putabat) societate fruturup. Sed heu fragilitatem humanam! Mater, quæ

truces spiritus in filii spurcitas induta, periculo se commiserat, et naturæ imbecillitate, et Satanae artificio mollita, ad primos novi OEdipodis contactus silet, sensimque abstracta et illecta, in horrendum vel feris ipsis incestum plene consensit, ex quo etiam prægnans facta, germanam patris prolem peperit; tam misero eventu docta, qui non refugit periculum, illo perire, juste ulciscente Deo nimiam securitatem, et de suis viribus præfidentiam. *Ib. §. 40.*

*Sacerdos ex Religiosis Turcæ adscriptus.*

Religiosus e sancta quadam familia (nomen consulo reticeo, plerisque recenti adeo tragædia minime ignotum) per incautam conversationem (insimulatus criminis pessimi, aut quod postea deprehensum dicitur, per sycophantiam ea labe gravatus, a præsidibus vel suspicionem illdm exosis, exactus est, et nexibus votorum solutus. Regressus vero ad suos initiatus est Sacerdotio, et Legato Gallie proficiscenti Byzantium, adactus, cum puella honoraria e gynæceo conjugis Legati fœdum commercium aliquamdiu continuat, donec extumescens puellæ utero, deprehensa est iniquitas. Eam domus dehonestationem impatientissime tulit Legati uxor, per quam exasperatus maritus, et ipse non mediocriter ex larum suorum fœdatione saucius penas de spurco Sacerdote sumere cogitabat. Nec id infelicem reum latuit, qui ut vitam suam in tuto locaret, ad Turcas defecit, et Saraceno cauterio inustus, fœdæ superstitioni nomen dedit, turbano caput opertus. Haud tamen satis tutus sub ea umbella fuit, mox per conductos sicarios trucidatus, in Mahometi paradisum non sicca morte amandatus est misere in Turcismo vomens spurcam animam. *Ib. §. 12.*

*Monstrum sceleris ex faditate sacrilega, et cæde horrenda correctum.*

Narrabat vir optimus et antiquæ sinceritatis Franciscus Maillardus in sua Burgundia Francia, haud ita procul Divione fuisse cauponem, qui prope viam publicam transeuntibus cibos, et vina suppedibat. Erat in vicinia cœnobium, quod minus bonæ famæ, et Sarabaitæ verius quam cœnobitæ incolabant.

Dæmonia incorporata jure dixisses, adeo tetricam vivebant vitam. Cauponis filiam elegantis speciei, et vernanti ætate, desiderari subito contigit. Illexerant enim eam propudia illa hominum, et a patris aedibus fraude adductam, in haram (non in cœnobium) seduxerant, ubi ad satietatem per vires infelici libidinum suorum victimæ abusi, ne quis flagitii rumor ad patrem permaneret, mactare de nocte miseram, et sepulchro juxta aram templi maximam domesticis condendis destinato inferre, constituerunt sub ipsius Dei oculis. Sed vigil de cœlo tantum scelus patefecit insolito providentiæ genere. Homo de via fessus, adhuc multa luce, apertum cœnobii templum ingressus, præ lassitudine, in templi angulo sopori se dedit, et non advertente, cum templum exclusit, aditum, intra ædem sacram conclusus est, nec prius sopore solutus, quam alta nocte tenebris offudisset omnia. Ubi, discusso somno, cogitavit egressum, agnovit se per errorem editum in templo obstrato oculos. Veritus autem deprehendi, et pro sacrilego expulatore multari, quasi mendit ad sacram suppellectilem sublegetam intra templum hessisset, cogitavit de ratione, qua minus incommodè noctem exigeret, crastina luce cum primum pateret templum, absque strepitu discessurus. Itaque subiti concionalis suggestum ad pernoctandum. Et ecce altera post mediam noctem hora, spectaculum triste, imo ferale, et tartareum, quod miserum hominem horribiliter affecit. Trahebatur ab infamium procorum cœtu infelix puella, ut mactaretur, et tumulo inferretur, quæstibus ac gemitibus implens omnia, et nunc sortem suam, nunc patris orbitatem deplorabat, nunc supplex fiebat pro vita sua, et pro anima sua. Obstestatur Deum vindicem, in cujus conspectu fusura esset iniquitatem alieno potius, quam suo scelere sanguinem. Intentabat humana judicia, et deprehendendam graviterque luendam serius oculus iniquitatem. Sat se ludibriorum et contumeliarum passam contestabatur. Itaque rogabat, juratum de prioribus injuriis silentium exquisite servaturam, tantumne miseram, et admissis spurcitiis sordentem, æterno judicio addicerent. Hæc voces lenire sibi visus est e grassatorum illorum numero unus Sacerdotio initiatus, offensus ei absoluteionem de peccatis, ad quorum confessionem miseram est adhortatus. Fecit, illa, quod monebatur, sive mortis impendentis timore, sive qualemcumque moram, eo præsertim

loco, ad flectendos truculentos lanios, opportunitatem rata. Sed frustra rebatur, nam paucis (ut in illa tribulatione) que occurrerant peccatis expositis, et absolute impensa, frustra divos, frustra mortales contestantem transadactus gladius percussit, simulque spirans, et suo sanguine perfusa, in jam apertum conditorium detruditur, suis opera vestibus muliebribus, quales per diem gestare solebat, que illi pro sindone, et fasciis sepulchralibus fuerunt. Prospectabat e sua specula tragediam hanc universam tremulus viator, sollicitus pro suo periculo. Neque enim si deprehensus esset, evasisset impias manus, de silentio tam horridi factioris cum primis sollicitis terris grassatoribus. Itaque tametsi identidem sustollens caput omnia notarat, per noctis silentium minimas succussiones suas expavescebat; gnarus de vita sua actum esse, si affuisse immani spectaculo agnosceretur. Securi e templo excessere sicarii. Viator reliquam noctem in magnis angoribus et horribus exegit, et ubi primum diluxit, et valvæ templi patuerunt, de suggesto desiliit, exportans e templo ingentem horrorem, quem ut levaret, ad cauponam haud ita procul positam diverit. Patrem vero pro filia pridem desiderata absentia anxium transiit viator immani doloris vulnere, cum, exposita per ordinem facti atrocitate, ex notis exhibitis comperit, haud dubie suam esse filiam, in quam ita scivitum esset ab impiis vicinis, quos ita pridem suspectos habuerat, ut tamen revincere sceleris non posset. Monitus mox per miserum patrem Senatus, reserato sepulcro, et refosso cadavere sceleris convictos dire mulctavit, domumque universam in sceleris detestationem dirui jussit. *Ib. §. 43.*

*Temeritas castigata.*

In valle Segusiana, Turinum haud ita pridem petenti narratus est stupendus desultus e colle, cui S. Michaelis Abbatia est ineditata. Locus est mire præruptus, et editus. Inde puella rusticana, sed moribus, et integritatis illibata studio nobilis, dum petulantiam militarem fugit, præceptis in subjectam vallem, ex altitudine prorsus insigni devolvitur. de vitanda offensa Numinis et corporis fœdatione, quam de vita sollicitur. Et affuit propitium Numen non adeunti ultro periculum, sed majus exitum refugienti. Itaque in unam vallem desiliit plane indemnis, mirata

se ipsam, et bonam sortem suam quod tantum spatium emensa esset, rotatu adeo præcipiti citra noxam. Cum ergo eam ob causam, quam retuli, haud secus, ac Romana quondam Cælia celebris esset, causa est extra necessitatem servanda pudicitia eandem viam relegere, probatura industriam, et felicitatem suam in tam præcipiti desultu. At is altera hac vice temere susceptus, pessime cessit puellæ. Desiluerat enim primum citra contritionem, ac læsionem omnem; quia iustus cum ceciderit, non colliditur, eo quod Dominus supponat manum suam. At ex posteriore desultu, quærebatur tantum vanitatis argumentum, et tentabatur Deus; qui proinde ruentem permisit sibi, inde fœdissime conquassata priusquam solo illideretur, temeritatis suæ obita morte prenas dedit. *Ib. §. 46.*

*Rusticus mirabiliter a peste liberatus.*

Andreas Caderius narrat, Eolæ apud Sequanos non ita pridem, cum seiva pestis grassaretur, rusticum, quod pestem contraxisset, ab hero domo exactum, cum hac, illaque aliquandiu incertus obrasset, ad extremum præ lassitudine projecisse se subter unam arborem, tantillum quietis capturum, velut Eliam subter juniperum. Ibi cum jaceret, prosiliens e vicina sepe anguis, involat in pannum luis pestilentis, quem rusticus collo nudo, tetrum ac diri succi referunt præfererebat, exsugitque penitus abditam luem. Discusso ad eum factum sopore, rusticus non absque horrore assurgit, miratus se sanum, ac peste prorsus liberum, serpentem vero (contra quam accidit in exemplo serpentis sumentis saniem, apud Cæs. l. X. c. LXX.) in suis oculis hausti veneni virus non ferentem. emori mox conspicitur. *Ib. §. 49.*

*Suspensus mirabiliter a Deipara liberatus.*

Quidam adolescens in agro Bisuntino, ex Archiepiscopi familia, quod licentius nobili respondisset, alapa mulctatus, mox etiam calce percussus, actus in forem, catapultariæ glandis ictu nobilem confectus. Gens tota, quæ opibus et favore poterat plurimum, cædis auctorem ad furcam poposuit. Neo mora, frustra renitente Antistite S. R. I. Principe, qui illud iudicium ad se pertinere contende-

bat, pene a cædo patrata ad patibulum rapitur. Erat adolescens ille patibularius, singulari in Deiparæ cultum affectus. Et in deductione ad patibulum voto se obstrinxit adem Deiparæ Lauretanam invisendi habitu peregrini. Quod votum risu in illis adjunctis excepte plerique; sed ille in Deiparæ interpellatione jugis erat. Cujus tutela clientem suum in eo puncto non defecit. Itaque cum admota ad collum fune, a carnifice ter in ejus humeros valde insiliente de furca deturbaretur, et obitum suum in Parentis optimæ tutela flagrantius reponeret, matrônâ conspexit, collum sibi molli sudario præcingentem, ne restis appressione et constrictione laderetur. Pependit furca horas complures. Denique reciso laqueo ex alta trabe, e qua pendeat, fori in solum subjectum allisu lapsus, et pro mortuo sublatus, cum a piis feminis ad sepulturam in sindone consueretur, earumque una acum incogitans in carnem infixisset, persensit istum, et alle ingenuit. Mirati omnes, qui aderant, et percontati, quomodo post tam diuturnam in furca moram superstes esset, Deiparæ favorem erga clientem suum didicerunt. Cognatio ejus, quem letho dederat, recenti vulnere adhuc saucia, reposecebat miserum iterato ad penam. Sed pars sanior, et numerosior evicit, ut qui Deo benigne, et Deiparæ tutante certam mortem evaserat, miles, ac noxæ immemores mortales experiretur. Ille voti memor, promissum fideliter exsolvit: et postmodum in familiam Theresianam Deiparæ addictissimam adscriptus est. *Ib. §. 40.*

*Præstinum iudicium detectum.*

Narrat Eminentiss. Alphonsus Card. de Richelieu Lugdunensis Archiepiscopus, in quadam religiosa familia, sibi bene comperitum luctuosum eventum accidisse. Visitator Ordinis præ duritia rectionis adeo exacerbavit unum cenobitam, ut actus in rabiem, e Concellanei supellecile, cultellum acceperit, quo instructus noctu in visitatorem irruit, eumque jugulavit, et cruentum gladium in cubiculo relinquens, nemine mortalium conscio, secessit in cellam suam. Cæde visitatoris vulgata, conquisitio sollicita facta est, et eujusnam esset gladius cruentus nefarii operis instrumentum, diligenter vestigatum. Agnovit istum esse is e cujus cella sumptus fuerat. Itaque tanquam cædis auctor, in barathrum

est coniectus, in quo pæne tribulationis, et aqua angustiae per solidos septemdecim annos sustentatus utcumque est, pro truculento homicida habitus. Exactis annis septemdecim, Cain, quem dixi cædis verum auctorem, gravi infirmitate correptus est, qua sceleris sui per tot annos, etiam inter sacramentaliter confidendum pressi, non immemor, rogavit superessetne vitæ spes aliqua. Ubi accepit medicorum iudicio, sibi conclamatum, et intra paucas horas migrandum esse, acciri coadiubiarem curavit, conscientiam exoneraturus ad migrationem e vita. Per ejus confessionem post annos denique septemdecim innoxius ex ergastulo e ductus est, et evidenti argumento monstratum, iudicia mortalium præpropera, et tenuibus nixa indicis (quale hoc fuerat) fallacia plerumque esse, et cum innoxiorum gravi damno conjuncta. *Ib. §. 53.*

*Facinus Hæretici horrendum.*

Tillemontius urbs est in Belgio, quæ Castillonæi Castrorum præfeti Hæretici copis subacta, ante annos paucos ad barbaram matrônarum, ac puellarum, que in templa se receperant, stragem, ac fœdationem, non prius illic visam, cohorrui. Ibi virgo sacra ad tumultum irruptentis in sacram adem militaris globi, non secus, ac columba ad milvi incursum, percussa, hac illac diffugiens, nec ullibi tutum receptum agnosens, non ignara moris Hæreticiorum, pone sœrum tabernaculum, in quo divina hostia asservatur, latibulum sibi caplavit, rata pudicitiam suam illic pro Dei præsentis reverentia indennem fore. Sed falsa est spe sua. Adverit ex impiorum sciariorum globo unus quispian latentem prodam. Itaque confestim advolat, et quod puella esset eleganti forma, oculos suos statuit declinare in terram, specie decipiente, et concupiscentia subvertente cor ejus. Horresco ad nefarium ansum, neque tamen quando huc deveni, referre pedem licet, tametsi contremiscentem pro alieno scelerere. Miscellam ergo, et frustra Deum sacrarum specierum tectorio obductum, frustra Christi plagas, et sanguinem, frustra Deiparæ merita interponentem, vi præhensam abstrahit, et super altare, in quo immolatur agnus purissimus, ubi vota fidelium sacri ministerii intervenia pervelchunt ad collum, loco celestibus spiritibus venerabili, vere

terribili, domoque Dei, et porta oculi, violenter dejectam pati coegit, ad quod abrumpto sermonem, nolens chartam, ac calammum tanta feditate incestare. Quamquam cumulus atrocitatis prætereundus non est, ne cogitationem legentis fugiat, qui quidem humanitatem non prorsus exurit, et in feram Diabolumve transtrit. Satur libidinis nequam ille, virginem (neque enim, Augustino teste, apud Deum desit vi erepta renitenti virginitas) virginem, inquam, effectu, et voluntate, minas ab irato Deo intentantem, et pessimæ vitæ finem pessimum denuntiantem, stricta in pectus sica immaniter confodit: duplex in una hostiam martyrium faciens, pudoris et religionis, ut S. Ambrosii hæc voces transferam. *lib. §. 57.*

*Iustum rei nunc innoxii supplicium.*

Lugduni ad templum quondam S. Eulalie (nunc S. Georgii) macellum est, unde carnes tractui illi suppeditantur. Ibi lanus, dum cultrum collo ovis infigit, cieri audit rumorem in vico fere ad ostium. Rumoris causa erat cædes subita hominis illac prætereuntis; lanus, ut erat a maectata tunc pecude creuentus, gladium quem e pecudis gutture extraxerat, sanguine rubentem manu tenens accurrit, quæ rumoris causa esset, resciturus. Omnibus, ut in huiusmodi tumultibus usu venit, conturbatis, lanus illis adjunctis, cruore perfusus, et gladium sanguine rubentem præferens, inopportune advenit. Non nemini pille de cæde visus est suspectus, vel etiam compertus. Itaque per apparitores, qui mox advolarunt, comprehensus est, ex delatione eorum, qui ipsum viderant circum corpus demortuum, gladio sanguine perfuso instructum. Abductus in carcerem, tametsi se plane innoxium contestabatur, nec nisi fortuito intervenisse efferebat, gladium autem, quem deprehensus erat gestare perfusus sanguine, assereret a maectata sub eum temporis articulum pecude ad macelli usum, non autem ab hominis in vico cæsi sanguine rubuisse; tamen, quod alius non compareret cædis auctor, et indicia paratæ a lanio cædis viderentur eriminis impacti veritatem evincere, post aliquam ex forensium tricarum usu comperendinationem informi letho addictus est, ab alta trabe suspendendus, eo ipso in loco, ubi cædes patrata per eum susponebatur. Ubi perventum est ad patibulum,

exorata dicendi ad populum, qui confertissimus aderat, facultate, repetita, quam tenere cooperat; nec deseruit unquam justificationem suam circa eadem innoxii, ex qua damnabatur; fassus tamen aperte est, se mortem commeritum, et iudicia Dei iusta agnovit, quibus addiceretur ad luendum, quæ olim eo ipso loco impune patratæ. Nimirum quod juvenis cum esset, in patrem suum eodemmet loco insurrexisset, et verberibus male mulasset, ac conviciis nauseissimis onerasset: « Hæc est (inquit) causa vera, cur apprehenderunt me hæc mala. Discant exemplo meo contumaces filii in patres contumeliosi, atque injuriis vigilare providentiam, nec inultas etiam in hæc vita sinere huiusmodi noxas, quibus violatur a filiis pietas erga parentes. » Talia prolocutus, ac preces sibi astantis turbæ fidelium apprecatus, repetita per Sacerdotem, qui aderat, absolute, excepit patienter iudicium. *lib. §. 72.*

*Terram facinus celerrime vindicatum.*

Turca quidam efferus incidit Constantino-poli in suæ sectæ mulierem admodum comptam, et caput variis monilibus ac gemmis gravantem. Quod locus esset a frequentia remotus, nec ullus tunc adesset, qui arce sceleratas manus posset, aut peracto facinore insimulare iniquitatis, educit gladium in mulierem, quam pone sequebatur, et rescisum ejus caput sacculo, qui ad manum erat, iniecit, nec levi (ut rebatur) præda ditatus, lembo in alteram urbis partem freto sejunctam, tentat trajicere. Aderat auctus Imperatoris Turcarum, accipitrem manu gestans. Ales ad carnis recentis odorem commota, et inquirens, perquirat, ut, ubinam caro a lanio recens in lembo esset, exquiret; coniectans vere quod erat, id est, latero in sacculo alterius licitoris carnem, urget, ut eam expomat, et renitentem spoliat per vim sacco, ubi caput adhuc calens, et rivis sanguinis manans deprehendit. Impius homicida tanti sceleris compertus, in mortario pistillo tusus, penas dedit justius, quam Anaxarchus. *lib. §. 81.*

*Locus infestus ob majorem iniquitatem.*

Nuper in Belgio, haud procul Bruxellis, castellum erat infestum nocturnis tumultibus,

quibus una quædam ejus pars in habitatione prohibebatur. Dynasta castellanum jurisdictionem, post diuturna ex terriculamentis illis fastidia, et frustra adhibitum genus omne remediiorum sacrorum, Bruxellam petiit, et levandi potius mæroris, quam consilii expediendi causa, in Bruxellense Societatis Jesu Collegium se recipit, ubi in Patrem incidit apprimè religiosum simul, et animosum, et in ea provincia primarium. Is non modo Dynastam in præsentia est solatus, sed etiam ultro obtulit sese ad locum deinceps infestatione illa liberandum cum bono Deo. Itaque postridie ex conducto eo se recipit cum socio, et in cubiculo aula prægrandi adjuncto, quod maxime infestum ferebatur, quietis sibi per eam noctem locum delegit, una cum socio, observato rite ostio, et accensis aliquot luminibus. Sub mediam noctem, cum adhuc preces, in quas primo in cubiculum ingressu se dederant, magno affectu prorogarent, exaudiunt in vicina aula tumultuosam unius cujusdam discursionem, quæ conclusa est valida pulsatione ad ostium cubiculi tertium repetita. Nihil autem reposcentibus, nec signum ac ingressum dantibus iis, qui conclusi erant, subit cubiculum post tertium factum, reserato violenter ostio, horrendum spectrum hominis, cui ex oculis scintillabat ignis subniger, exserta lingua, depressis genis, et specie lurida, atque exsueca. Nihil territus Pater, generosa et contenta voce interrogat, quisnam esset, quid eum locum infestans quæreret? Spectrum sedem e regione positam occupans: « Audies, inquit, a proximo affuturo. » Post quartam hore partem affuit non dissimili tumultu aliud spectrum priori consimile, quod eadem interrogatione a Patre pulsatum, occupante consequente, sed idem cum priore responsum dedit: « Audies a proximo affuturo, quid hic quæram, et quorsum sim huic loco infestus. » Idem ad similem interrogationem respondit tertius, qui post alium quadrantem eodem impetu ac tumultu subit, et sedem tertiam tenuit. Quartus denique, eodem interstilio temporis servato, affuit, sed longe alia specie, ac externo habitu. Videbatur enim albatu, et læta facie, et permodesta totius oris, ac corporis compositione. Is cum aulam cubiculo adjunctam transisset, et sedate decurrisset, cubiculum subit, adjunctis quasi ad præcaudum manibus. Hunc Pater placide, et reverenter affatus, deque causa adventus sciscitatus, audit, animam esse

Patris Dynastæ castellani, qui illos excepisset hospitio. Tres, quibus assidebat, majores suos esse, Patrem, Avum, Abavum. Ab hoc usurpatum primo esse castellum, et per occasiones civilium bellorum contra jus fasque domino vero subductum. Id Avum rescivisse, neque tamen, quod suum non erat, rejecisse; Patrem de illegitima castelli ad se transmissione ambiguum, retinuisse tamen, quod ad se pertinere exploratum non habebat, neglecta dubii discussione. Itaque omnes ob eam noxam æternis ignibus a justo Judice esse addictos. Sibi uni, quod bona fide castellum possedisset, nec de alterius in illud jure fuisset ambiguum, retentionem innoxiam fuisse; justo tamen Dei iudicio herendum sibi in flammis emendatoris fore, donec castellum restitueretur legitimo domino (et designavit e filiiis familias servum, Joannem nomine, genete nobilem, sed pro more mortalium ad eam sortem dejectum) cui restitui a filio castellum, vel certe cum eo de re tota amice, et juste transigi poscit: et Patris sibi sacrificia apprecatus, remque quamprimum confici enixe rogans, placide abscessit, ceteris jam ante damnationis ipsorum enuntiationem dilapsis. Securus quietis Pater, socium ad reliquam noctem tranquille exigendam, et somnum capiendum invitat. Affuit mane nobilis, et rem totam edoctus, majorum suorum sortem veritus, de Patris consilio, soluta, qua hactenus castellum possederat, bona fide, statuit animam Patris sui levare, se discrimine æterni exitii liberare, et conscientiam ante omnia in tuto ponere. Itaque advocato in Patris conspectu Joanne, paratum se proficitur in ejus gratiam castello cedere, ut malit pinguem conditionem admittens firmare hactenus injuste retentam possessionem. Annuit Joannes, et herum jam non herum, deinceps amicum, ac socium futurum, jure castelli concessio, securum facit: nec ulla deinceps terriculamenta toto castello audita. *lib. §. 91.*

*Monstruosus eventus licentiæ oculorum.*

Intercesserat Caio viro nobili, aut militares inimicitias in seculo cum alio quodam, quem sors fausta alio abduxit. Post aliquod tempus, atque sopitis potius, quam restinctis irarum ignibus, Caius, afflante Deo, coetum quendam sacrum cogitat, et reipsa init. Tyrocinio posito, aliquot annos in religiosa





diligenter excusso: arcula vi reserata, reperta fuere binæ litteræ amatoriae, et igni tradite. Causa mali amota, restitutus fuit juvenis visus, animus, et paulo post integra corporis sanitas. BEXICIS *ad ann.* 1589.

#### *Relapsus cavendus.*

Infelix quidam adolescens vitam olim angelicam in lubricam commutavit, pessima dissolutorum societate fœdatus: cumque fama esset, illum ne ad Pascha quidem SS. Sacramentum expiatum, negavit id quidem uni e Societate Jesu, fassus tamen est, se sacrilege fuisse confessum. Dein vero ad frugem est reductus, at non diuturnam: cum eam interverterit quidam e perditissimis sociis, qui nuntium, seu salutem ab obscena quadam femina dictam retulit. Unde miser præcepit iterum ruit, quo a torrente libidinoso rapiebatur. Verum Deo inconstantem puniente, necdum expleto semestri, ab eodem illo impudico ejusdem (ut opinio erat) scorticonsi-  
lii in platea Neapoli confossus, nec tantum intervalli habuit inter vulnus, et mortem, ut vel sanctissimum Nomen Jesu posset pronuntiare. *RIBAD. in M. S.*

#### *Propositi non servati pena.*

Cum Canonicus quidam ægrotaret, ad S. Franciscum (qui tum etiam ex morbo decumbebat) deportatus, a viro sancto, sanitati restitutus est, serio tamen admonitus, pravam dein vitam emendaret. Convaluit, sancta omnia pollicitus; sed fidei datæ brevi immemor, ad ingenium, et turpes amores redit; verum non impune. Cum enim apud alium quemdam Canonicum lætus cœnam sumit, subita colabentis domus ruina unus et solus ex omnibus oppressus interiit. *Vita S. FRANCISCI c. XXXIII.*

#### *Chorearum infelix exitus.*

Refert Petrus Alphonsus in sua historia, duos socios iter facientes devenisse ad locum, ubi choreæ agebantur, quarum cantu alter allectus substitit, altero licet renitente, ac se saltantibus junxit. Ecce non multo post unus saltantium in villa homicidium perpetravit;

hic autem, qui saltavit, inter complices captus, et capitis damnatus est. *DREX. NICET. l. I. c. vi. §. 2.*

#### *Earundem fuga laudabilis.*

Hercules Tanius B. Aloysii Gonzage avunculus magnificum honorando nepoti epulum instruxit; necnon apparatus ad choreas de more ducendas necessarium: a quibus ut abesse sibi liceret, nihil non tentavit Aloysius, sed cum nihil proficeret, duci se ad aulam passus est, ea tamen lege, solam ut præsentiam exhiberet, a choreis, et tripudiis immunis. Vix consererat, cum ecce nobilium foeminarum quedam loco avunculi ipsum accedit, et ad saltationem compellat. Quod ille, aliud videlicet agens, ubi advertit, silentio, quasi gravi, et urgente necessitate causaque exorta, pedem inde retulit, nec postea revertit. Ea re perspecta avunculus egreditur, Ludovicum per totas rædes diu multumque quesitum in servulorum denique cellula quadam reperit absconditum, et in angusto quo-piam, parietem inter, et lectum interjecto, genibus humi defixis supplicentem. Quo ille spectaculo obstupefactus, simul atque recreatus, eundem minime interpellandum, sed in sancta illa quiete relinquendum censuit. *Compend. vita l. 4. c. xi.*

#### *Obscena spectacula fugienda.*

Joseph Castalio quo tempore Ducis Soani liberis erudiendis operam dabat, a quadam invitatus fuit ad fabulam quamdam diebus Bacchanalibus spectandam; sed nulla ratione adduci potuit, ut domo pedem efferret. Post aliquot horas, ingens ad ejus aures strepitus pervenit, quo vehementer territus rogavit, quid novi ille clamor afferret? Responsum fuit, aulam illam, in qua fabula dabatur, concidisse, eaque ruina aliquot oppressos interiisse, complures brachium, crus, aliudve membrum fregisse, non paucos sine sensu, sine mente jacentes pro mortuis fuisse sublato. Quare Deo ingentes pro se servato gratias egit. *EARTH. ex. 92.*

#### *Librorum impurorum lectio noxia.*

Memorat Bidermanus, se quondam adoles-

centem familiariter noster, qui in frequenti athenæo omnis modestiæ, virtutisque exemplum habebatur, nulli innocentiae laude secundus. Rapiebat in se omnium oculos, animosque virgineus morum candor, ac verecundiæ decor. Nemo non insignem sanctitatem sperabat. At juvenes, quæso, audite, quam levis in speciem occasio quantam incauto adolescenti maturavit stragem? Libellus parvus insignem stravit, et pessumdedit virtutem. In ipso litterarum honestatisque ludum impurum Poeta a stylo terso commendatum legit, derepente exardescere, atque mox in omnia vitiorum abrupta ferri præceps, omnis nequitiae facem sociis præferre, paucisque mensibus is omnino esse cepit, quem publicus Magistratus, quia ad frugem ducere non poterat, infamia notatum, ab Academia, urbeque prosciberet, ne quibus ille jam solus ardebat, cæteram juventutem veneris ignibus adureret. *ВРЕМЯ. f. 73.*

#### *Gula heroica refractio.*

Æaipontanus sodalis ut in tenui trophæo victoriæ palmam non tenuem appenderet, in arborem pendula ubique magna nobilium cerasorum vi onustam enisus, per duas illic horas partim horariis precibus e libello recitandis, partim cerasis aspectandis dedit: sic surgentem cupidinem aspectu, ac tacita oculorum laude ubi exacuit (sicut ille apud Poetam, spectato fonte recessit); sic iste oculis omnia, gula, nihil concessit, et ex arbore, veluti trophæo gloriosæ coram Deo, quam ibi consecutus est, victoriæ, descendit. *ANNÉE OËNIPONT. 1650. f. 144.*

#### *Carnis tentatio generose repulsa.*

B. Joannes Bonus solitarie degens, cum a Diabolo vehementer tentaretur, objecta ipsi identidem mulieris forma, quam in seculo conspexerat, generose virtutis turpissimam illusionem, arundinem accepit, et in multas partes acutissimas discindens, eas sub unguibus posuit, elevansque manus super lapidem ita percussit, ut infixe ad extremam usque digitorum partem penetrarent. Unde præ dolore semianimis corruit, non tamen a Domino propterea derelictus; a quo visitatus bonum nuntium accepit, nunquam hoc in

genere eum tentandum. *D. ANTON. p. 3. hist. c. XIII.*

#### *Insanus amor hortorum.*

De quodam prædite mercatore scribit P. Tollenat in Eocl. cap. n. fœc. 3. pag. 91. «Novi, inquit, in Belgio exstitisse virum quemdam copiosum, qui cum hortos cultissimos in urbis pomerio haberet, salute a medicis desperata, nihil de animi medico, de zizaniis, et verpibus peccatorum, quo in immensum excreverant, sollicitus, per hortum sella gestatoria se deferri curavit. Atque ubi ille et anemonas, et tulipas, et poma sua punica, aurea, citrea, nutantibus in morte oculis contemplatus fuit, exclamavit: Et eheu! crudele fatum, quod a tanta amenitate divellis! O Deus nunquam a te cœlum petii, cur mihi terram invides? Sed frustra voces illas blasphemias jactavit, neque terram impetravit; an cœlum obtinuerit, dubium ingens est.» *KERRI. ex. lumin. sacr. f. 46.*

#### *Diaboli superbia congruenter castigata.*

Quo die Antonius Faustinus adjutor e Societate Jesu fuit sepulturæ mandandus, advenit energumena ex cuius ore nequam spiritus magno stridore exclamavit, indignatus hominem verendis templis destinatum illic tandem advenisse, unde ille in perpetuum esset deturbatus: illudque addidit, se ab eo torqueri, cogitque dimittere quosdam e sociis suis. Interrogaverunt quidam, cur ita perstreperet ab obitu ejus hominis, cum plurimis aliis defunctis, qui vita nihilominus probata exstitissent, nihil omnino dixisset? Respondit: «Quia ita Deus jubet, qui me per hunc hominem, non per alios, torquet, vultque constare apud homines, cum jam celesti gloria potiri.» *Annal. Prov. Venet. Dom. Probat. Novel. ann. 2608.*

#### *Generosa de gula victoria.*

Pruritus, et aviditatem gulæ pie representat quidam Archiepiscopus; huic cum mense accubanti appositæ fuissent ficus, quarum natura erat appetentior, unam, præ cupidi-

tate cibi grati, oblitus benedictionis, quam alias solitus fuerat præmittere, arripuit. Jam jam ori immisurus et comesturus advertit errorem suum, et eum corrigens dixit gulæ suæ: « Domina gula, nimium festinastis, et ideo facite hanc penitentiam: hodie ficus non comedatis. » Insuper per integrum mensem sibi apponi jussit ficus, quam tamen nunquam attigit. *Collector. speculi exempl. V. eodem.*

*Vanitas mundana salubriter ponderata.*

Bartholomæus Bustamantius e Soc. Jesu vir religiosissimus, et S. Francisco Borgiæ percharus (quem suis precibus Beatus periculo vitæ eripuit) cum de vanitate rerum hujus mundi, brevitate, et fallacia sermo incidere, vehementer eum gemitu solebat erumpere: « Quid tot proceribus, tot principibus, quos ego novi, actum est? Ubi sunt? Ego Carolum V. tanta cum majestate, ego, hos, illosque Dynastas novi, quos videbatur ne ipsa quidem mors audere propius adire; mortui sunt. Ego tot Pontifices, Cardinales, Antistites, Doctores, concionatores celeberrimos atque eminentissimos novi, et jam non sunt: perit memoria eorum cum sonitu. » Hos inter sermones incendebatur, usque eo, et commovebatur, ut singulienis, ac flens ubertim interclusa voce eriperet se de medio, et fuga in cubiculum abderet, acres ad seculi contemptum in omnium animis relinquens aculeos. *Hist. soc. p. 3. l. vi. n. 138.*

*Pictor ob imaginem lascivam pietam graviter castigatus.*

Pictor quidam non imperite manus in quodam PP. Carmelitarum cenobio plurimum colitum imagines pinxerat, ea animi pii affectione, ut omnem pecuniam suo labore comparatam Religiosis in suis ultimis tabulis assignaret: simul atque ab iisdem pro se mortuo preces et sepulturam exigeret. Ego paulo post defuncto cum quidam e monasterio noctu in templo eraret, anima pictoris flammis cincta apparuit, et harum acerbitatem magno ejulato, et fletu declaravit. Rogata tanti incendi causam, « Corpore, inquit, egressa ad divinum tribunal fui ducta, ubi

me plures animæ expectabant accusaturæ turpis cujusdam a me juvene pietæ imaginis, ob cuius aspectum libidinosum nunc æternum in inferno luere. Cohorui, et ob imminens perenne supplicium vehementissime perterrita circumspexi tristis, et anxia, num aliquem Patronum causæ tam afflictæ nanciscerer. Derepente adfuerunt plures Sancti, quorum icones, dum vixeram, pinxi, sequæ mei oppositæ accusatoribus aiebant, illam imaginem a me juniore fuisse pictam; dein penitentem facti, ut scandalum datum, ac damnum oculis aspicientibus illatum resarcirem, operam omnem, ac artem in Sanctorum vultus perite efformandos impendisse, sicque cultum divinum ac pietatem plurimum promovisse, insuper omnem pecuniam viris Religiosis donasse, ut hi benefactores sui non immemores divinæ misericordiæ pro defuncto supplicarent, atque horum preces, ac sacrificia pro eo oblata se acquisissimo, ac clementissimo judici offero. His quidem placatus Judex fuit, impetravit tamen flammis purgantibus tandem me torqueri, quamdiu illa imago tot animarum perniciis prostraret. Atque hæc est causa, cur te convenerim, nimirum ut te precibus, quibus possim, rogem, mei misertus protinus eum accedas, a quo imago illa maledicta asservatur, jubeasque illam quam primus flammis dari: ut vero is tuis verbis fidem habeat nuntia duos ejus filios intra mensem morituros; quod si renuat divino obedire mandato, cum filiis mox successorum morte repentina tollendum. » Imaginis illius Dominus, ut hæc audivit perterritus, manum vindicem experiri noluit, quare illam statim flammis injecit, ne ipse arderet. Defuncti sunt paulo post duo filii, pater vero sibi placaturus Judicem vivorum, et mortuorum de suis sceleribus, dum vixit, penitens doluit, atque ut plurimos post mortem posset habere patronos, plurimorum Sanctorum imagines sua arte pingi curavit. *JOSEPH. CARNEI. tom. 1. l. iv. c. xxv.*

*Passio Christi perpetua.*

In vita venerabilis Mariæ Magdalænæ de Ursinis refertur, quod, cum hæc continuis doloribus affligeretur, quædam die propter eos apud Dominum conquesta sit impensus, inter quæ somno fuerit correpta. In somnis apparuisse ei Christum crucifixum; et ad alacriter ferendam crucem fuisse eam cohortatum, cum ipse ejus causa longe duriorum

gravioremque portasset. Dicente autem illa: « O Domine, tu non fuisti nisi tribus horis affixus cruci, me vero tot jam mensibus affixam cruci, vix istam perfero diebus omnibus vite meæ: » replicasse Christum: « Ab ingrata e primo instanti meæ conceptionis usque ad extremum vitæ crucem sustinui, incipiens tunc pati per vivas apprehensiones secuturæ crucis, quam semper habui præ oculis, donec illi reipsa affixus fui. » Quam Patris optimi filialem correctionem tantum illi profuisse, utruces ei formidabiles postea fuerint optabiles, et expetendæ. *MARCII. lib. iv de Pass. diss. 1.*

*Tentatio fructuosa.*

Antonius a monte Suardo Capuccinus nocte quadam orans sub auroræ crepusculum videt templum ingredi nobilissimam hominum turbam, et post hæc virum omnes decore et majestate vincentem, qui Christus erat. In ipso altaris scabello ab Angelis parata sede considens jussit eum vocari, et ob multos labores exantlatos petere, quidquid vellet; petiit ille peccatorum omnium remissionem, et in gratia perseverantiam. Concessit illico Deus, et eum sua manu libro vitæ inscripsit. Paulo post, ne superbiret, Deo permitte a carne senex ita vexatus fuit, ut plus, quam nullus juvenis, sentiret molestiarum. Orabat, genebat, jejunabat, flagellis, cilicio utebatur, flebat, proficiebat nihil, adeo tentatus, ut præardoris vehementia tentatio videretur intolerabilis. Paucis post diebus ægrotus ad caelos avolavit. *ANN. CAPUC. 1550 n. 26.*

*Amor insanus.*

Adolescens Atheniensis honesto loco natus, statuum fortunæ ad Prytanæum stantem ita deperibat, ut se in complexu ejus daret tamquam viventis, oscula infingeret, et demum a Senatu ejus potestatem fieri pecunia voluit; sed repulsam passus, statim multis redimitam sertis, et coronis coronatam, oblati etiam sacrificiis honestans, denique demens seipsum interfecit, profusus prius innumeris lærymis. *ÆLIAN. l. ix var. c. xxxix.*

*Vicinus bonus æstimandus.*

Themistocles Atheniensium Dux arguti vir ingenii, cum per preceonem venale prædium jussisset proclamari, causam addidit tanti prelii, quo eam villam æstimabat, quod vicinos haberet bonos. *PLUTARCH. in Them.*

*Fortuna inconstantia.*

Sultanus Agazenorum Rex Gallorum Regis in Campania captivus totum biennium nunquam risit; præmium ergo ei Rex Gallie promisit, qui primum ridentem conspexisset, et brevi ridere visus; cum causam quaereret tam subiti risus, mutabilem rotarum situm in fortunæ ludibrium se traxisse, et ita in risum solutum se aiebat; hoc risu serius Rex Gallie factus, fortunæque utriusque memor, Sultanum dimisit, qui tamen deinde Capuam et Beneventum Regi Gallia ademit, regnumque suum salvus repetiit. *MAJOR. coll. 1. f. 3.* Maximinus Micea Gotthi et Ababæ Ælanæ filius in prima ætate sub parentibus pecora pavit, arma postea secutus a Romano exercitu ad Augustale culmen erectus est. *P. FULG. lib. vi.*

*Milites qui optimi.*

Claudius nomen militiæ daturus, cum rideretur, respondit in bello non fugientibus opus esse, sed firmantibus gradum. *VAL. MAX. l. ii c. vii.*

*Manliana imperia unde dicta.*

Titus Manlius Torquatus pater dictus, quod devicto Gallo precisoque ejus capite sanguinolentum ejus torquem collo suo injecerit. Hujus imperia Manliana dicta proverbio cessere, eo quod suum filium, contra suum mandatum feliciter pugnantem, occiderit. *LIV. dec. 1. l. vii f. 490. l. viii, f. 550.*

*Ars quænam usitatissima.*

Gonnella quaesitus a Nicolao Ferrariensi